FLORA

71. Jahrgang.

Nro. 13. **Regensburg, 1. Mai** **1888.**

Inhalt. Dr. J. Müller: Lichenologische Beiträge. XXIX. — 61. Versammlung deutscher Naturforscher und Aerzte zu Köln. — Anzeigen. — Einläufe zur Bibliothek und zum Herbar.

Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller.

XXIX.

1322. *Clathrina retipora* Müll. Arg. L. B. n. 589, recenter e King's Island (inter Melbourne et Tasmaniam sita) a cl. Bar. F. v. Müller missa, truncos putrescenti-decompositos subsiccos inhabitans, pulchre ostendit thallum primarium, hucusque non visum, concolorem, minute granulosum, e quo oriuntur podetia pulchre clathratim perforata. Haec podetia statu jam nanissimo, $^1/_2$—2 mm. alto, late et copiose perforata et apice spermogoniis fusco-rubentibus ornata sunt; majora speciminis altitudinem circ. centimetralem attingunt caeterumque cum reliquis speciminibus copiosis in variis partibus Australiae lectis ad amussim conveniunt. Genus a cl. Wainio in sua Monographia Cladoniarum sub sectione habitum, anatomice distinctum est et mihi clare servandum videtur.

1323. *Parmelia albo-plumbea*[1]) Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847 p. 161, ad Swan-River Australiae lecta, sterilis, est *Physcia caesia* (Hoffm. 1784) Nyl. Syn. p. 426. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

Obs. *Parmeliae* species dictae chemicae, in reactiones chemicas conditae, non minus quam species chemicae aliorum generum, ex. gr. *Cladoniae*, *Usneae*, *Buelliae*, sunt absolute nullius momenti, et status Parmeliae sorediosi et isidiosi non

[1]) *Parmeliae* species Taylorianae ordine alphabetico enumeratae sunt.

sunt verae varietates, sed modificationes thalli quae hinc inde in quacumque varietate vera aut specie legitima occurrere possunt. Insuper spermatia ipsa, docentibus *P. hottentota* Ach. et *P. colpode* Ach., fide ipsissimi Nylanderi (Syn. p. 399 et 404), variabilia sunt, et dein species *Parmeliae* numerosissimae (50) a cl. Nyland. in Flora 1885 p. 605—615, e characteribus fallacibus fabrefactae, fere omnes aut omnino falsae (quae non nisi chemice distinctae), aut tantum modificationes sorediosae aut isidiigerae aut demum varietates, non autem species vere legitimae sunt.

1324. *Parmelia atrocapilla* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 162, e regione Nepal Indiae orientalis, sterilis lecta, jam a cl. Nyl. (Syn. p. 429) recte ad *Physciam setosam* Nyl., s. *Parmeliam setosam* Ach., relata fuit. — Est late distributa: praeter regiones jam notas eam etiam e Brasilia, e Sibiria et e Nova Caledonia habeo. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1325. *Parmelia Caraccensis* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 163, e regione urbis Carácas (nec Caraccas), jam a cl. Nyland. (Syn. p. 385) recte cum *P. cervicorni* Tuck. identificata fuit. — Nomen Taylori prioritate quidem gaudet, at horribile est, et, male formatum, facile postponendum est. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1326. *Parmelia carporrhizans* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 384, ex insulis Canariensibus, a cl. Nyland. Syn. p. 384 pro subspecie *P. tiliaceae* Ach. habita, jam antea erat *P. sinuosa* v. *hypothrix* Nyl. Prodr. p. 55 (etiam prope Genevam et hinc inde in Europa); sit nunc *Parmelia tiliacea* Ach. var. *hypothrix* Müll. Arg. — Praeter apothecia subtus retrorsum nigro-hispida nullus adest character certus quo Lichen. specifice distingui possit. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1327. *Parmelia conferta* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 164, e Van Diemens Land, jam a cl. Nyland. (Syn. p. 401) dubitanter ad *Parmeliae physodis* subspeciem *placorhodioiden* Nyl. (l. c. p. 401) relata fuit et revera hic spectat. Thallus subtus omnino ut in *P. physode* Ach., caeterum male evolutus et tantum apotheciis junioribus ornatus est quae bene cum iis *P. physodis* v. *placorhodioidis* Müll. Arg. L. B. n. 577 congruunt. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1328. *Parmelia coralliphora* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 164, e Peruvia, est *Physcia speciosa* v. *hypoleuca* f. *isidiophora* Nyl. Syn. p. 417, s. *Physcia speciosa* f. *isidiosa* Müll. Arg., est late distributa ut tota species et ciliis nigris, laciniis et margine apotheciorum sessilium vulgo copiose isidiosis discernitur. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1329. *Parmelia cribellata* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 164, in maritimis occidentalibus Americae Septentrionalis a Menzies lecta, fertilis, a cl. Nyland. Syn. p. 403 iterum bene exposita, est eadem ac *Parmelia lophyrea* Ach. Meth. p. 198, Univ. p. 481, Syn. p. 211. — Acharius plantam ab eodem collectore missam habuit. Species sporis exacte globosis et praesertim facie infera thalli (nigra, nitida) excavationibus punctiformibus numerosis peculiariter cribellata v. minute alveolata eximie distincta est. — Vidi specim. orig. a Menzies lect. in hb. Tayl.

1330. *Parmelia cylindrophora* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 165, prope Madras lecta et sterilis tantum nota, sit *Psoroma sphinctrinum* Nyl. Lich. exot. Bourb. p. 256, f. *cylindrophora* Müll. Arg. — Thallodice valide evolutum et distinctius radians, laciniae in media parte thalli turgidae, hinc inde excrescentiis elongato-isidiosis subfasciculatis cylindricis et subsimplicibus validiusculis ornatae. Gonidia globosa. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1331. *Parmelia diademata* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 165, e Nepalia Indiae orientalis, jam antea sub *Physcia hypoleuca* v. *diademata* Müll. Arg. L. B. n. 193 habui, sed *Ph. hypoleuca* Mühlbg. e copiosissimis speciminibus specifice segregari non potest et planta dein sub *Physcia speciosa* f. *diademata* Müll. Arg. retinenda est. Laciniae thalli nigro-ciliatae, margo apotheciorum lobulato-crenatus et plus minusve soredioso — pulverulentus v. subpulverulentus. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1332. *Parmelia divaricata* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 166, e Nepalia Indiae orientalis, sit *Parmelia Kamtschadalis* Eschw. v. *divaricata* Müll. Arg., a planta normali in eo diversa quod laciniae angustiores, 1—1$^1/_2$ mm. latae, densius divergenter dichotome ramosae et apothecia minora. — Laciniae subtus undique nigro-rhizinosae. Sporae 23—27 μ longae. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1333. *Parmelia endoleuca* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 167, e territorio Swan-River, fertilis, est *Parmelia tiliacea* v. *minor* Müll. Arg. L. B. n. 46, casu pro maxima parte decorticata. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1334. *Parmelia exsecta* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 166, e Nepalia Indiae orientalis, est *Parmelia laevigata* Ach. Syn. p. 212, Nyl. Syn. p. 384 (excepta magnitudine multo majore sporarum). Laciniae albidae, undique laxe adpressae, planae. Apothecia bene evoluta 5—6 mm. lata, tenuissime marginata, margo integer et laevis; sporae 12—13 μ longae et 6—8 μ latae, in ascis brevibus superne valde pachydermeis octonae. — Ad specim. orig. in hb. Tayl.

1335. *Parmelia filamentosa* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 168, secus Ohio lecta, fertilis, est *Theloschistes flavicans* v. *exilis* Müll. Arg. Lich. Nov. Gran. n. 40. Ramuli et ramilli albido-flavi. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1336. *Parmelia Frankliniana* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 167, jam a cl. Nyland. (Syn. p. 313) recte ad suum *Platysma juniperinum* v. *pinastri*, sc. *Cetrariam juniperinam* v. *pinastri* Ach. Meth. p. 298 relata fuit. Specimina Frankliniana, e regionibus arcticis, ad truncos abietinos decorticatos vetustos crescunt et statu sterili tantum nota optime cum planta vulgari alpina congruunt — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1337. *Parmelia fulvella* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 168, e Casapi in Peruvia lecta, fertilis, eadem est ac *Sticta pallida* Hook. in Kunthii Syn. pl. aequin. p. 28 (1822), s. *Ricasolia pallida* Nyl. Syn. p. 372. Rhizinae albido-pallidae. Sporae 8-loculares, lineari-fusiformes. — Specimen cum Lindigianis sub n. 2514 editis bene congruit. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1338. *Parmelia Hookeri* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 169, a cl. Nyland. (Syn. p. 384) incaute ad *P. laevigatam* Ach. relata, est *P. tiliacea* v. *sublaevigata* Nyl. Syn. p. 383, s. *P. sublaevigata* Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 538 et Lich. Husn. p. 383. — Hic etiam nonnullae chemice distinctae a cl. Nyl. in Flora 1885 p. 611 et seq. enumeratae spectant, quae, ut multae aliae spuriis characteribus ibidem propositae, systematice haud recipiendae sunt. — Est quasi *P. laevigata* Ach., thallo multo graciliore et sporis exiguis

(ut in Lindigii n. 110). Nomen Taylori prioritate gaudet et anteponendum est. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1339. *Parmelia inaequalis* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 169, e Van Diemens Land, fertilis, non differt a distinctissima *Parmelia angustata* Pers. in Gaudich. Uran. p. 195 et Nyland. Syn. p. 403. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1340. *Parmelia incisa* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 162, ex Australiae occidentalis regione Swan River, fertilis, est *Parmelia conspersa* v. *laxa* Müll. Arg. L. B. n. 575. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1341. *Parmelia lamelligera* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 169, e Peruvia, sterilis tantum lecta, nil est nisi vulgatissima *Physcia speciosa* v. *hypoleuca* Nyl. Syn. p. 417, normalis. Laciniae majores hinc inde margine lobulis microphyllinis ornatae occurrunt, sed tales haud raro in tota specie occurrunt. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1342. *Parmelia leiocarpa* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 170, ex Unit. Stat. of America, est *Parmelia rudecta* Ach. Syn. p. 197, specimen quodammodo junius, apotheciis junioribus 2—3 mm. latis margine laevibus et dorso ulceratovariegatis aut integris et dein sporis 12—14 μ longis et $7^1/_2$—9 μ latis praeditum. Habitus optime quadrat. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1343. *Parmelia leucothrix* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 170, e St. Vincent, eadem est ac *Parmelia formosa* Fée Ess. p. 125. t. 30. f. 5., s. *Physcia stellaris* v. *angustata* Nyl. Syn. p. 426, s. *Physcia stellaris* v. *anthelina* Nyl. Scand. p. 111. Apothecia extus inferne minute albido-rhizinulosa sunt, sed hic character non est constans et in specimine Féeano raro adest, vulgo autem omnino deest. Sporae 17—19 μ longae, 9—10 μ latae, octonae; hypothecium hyalinum. Est tenuius divisa quam *Ph. astroidea*. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1344. *Parmelia livida* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 171; *P. tiliaceae* Ach. subsp. *livida* Nyl. Syn. p. 383, e Nova Orleans, e divisione et forma laciniarum et indumento earum copioso margine prominente cum *P. laevigata* Ach. congruit, sed angustius laciniata ut in *P. sublaevigata* Nyl. et sporae minores, 7—9 μ (—11 μ ex Nyl.) longae et 5—7 μ latae, subinde subglobosae. Laciniae in media parte thalli convexae, versus peripheriam planae et laeves, omnes adpressae.

Apothecia 3—8 mm. lata, margine crenulata, subplana, caeterum ut in descript. Nyl. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1345. *Parmelia mamillata* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 171 est *Physcia ciliaris* v. *saxicola* Nyl. Syn. p. 414, ut jam l. c. cl. Nyl. recte monuit. Leviter tantum a genuina *Ph. ciliari* D. C. recedit, nec ab ea nisi ramulis modice angustioribus, et saepe, non semper, obscurioribus recognoscenda est. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1346. *Parmelia mutabilis* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 171 (non Nyl. Syn.), e Capite Bonae-Spei (Zeyher n. 5), fertilis, est eadem ac *Parmelia hypoleia* Nyl. Syn. p. 393. Laciniae subtus nudae sunt, (nec ut ap. Tayl. nigro-villosae), sed adsunt rhizinae parcae sat rigidae. Planta clare ad cohortem *Parmeliae conspersae* Ach. pertinet et habitu, divisione, laciniis convexis aut planis aut convexiusculis et demum colore insigniter variat. Zeyheri n. 5 fere omnino refert *P. hypopsilam* Müll. Arg. aut formam graciliorem *P. conspersae* Ach., n. 66 est angustius divisa, lobis convexis, et n. 22 est magis platyloba, lobis subplanis aut concavis. Ambae ulteriores sunt minus flavicantes. — Vidi specim. orig. in hb. Tayloriano.

1347. *Parmelia Nepalensis* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 172, e Nepalia Indiae orientalis, jam a cl. Nyland. (Syn. p. 387) recte ad *P. Kamtschadalem* Eschw. relata fuit. Est planta normalis speciei, laciniis subtus undique nigro-rhizinosis, at demum hinc inde incomplete nudatis. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1348. *Parmelia ophioglossa* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 172, e California, a cl. Nylander Syn. p. 415 simpliciter ad *Physciam leucomelam* Mich. relata, est varietas bene distincta, nigro-ciliata, laciniis inferne pallidis et tenuibus, superne rufis aut purpurascentibus et spathulato-dilatatis et sensim acuminatis; ciliae ipsae in parte superiore colorata plantae basi aut inferne rubellae aut rubro-pallidae. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1349. *Parmelia palpebrata* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 173, e Peruvia, est *Physcia leucomela* v. *subcomosa* Nyl. Syn. p. 415. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1350. *Parmelia plumosa* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847, p. 173, e Low Island, est vulgaris et omnino normalis

Physcia picta Nyl. Syn. p. 430. Hypothecium profunde nigrofuscum et sporae conveniunt. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1351. *Parmelia polycarpa* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 173; Nyl. Syn. p. 390, e territorio australiensi Swan River, est proxima *P. Bollianae* Müll. Arg. (in grege *P. Borreri* Turn.), sed crassior, lobuli minus palmatim incisi, supra non soredioso-punctulati, discus apotheciorum longe minus laete rufus et sporae validiores. In dorso apotheciorum adsunt puncta sorediosula, affinitatem indigitantia. Planta caeterum etiam *P. laceratulae* Nyl. affinis est, ut jam antea indicatum fuit. Spermatia quidem etiam vidi ut cl. Nylander (Syn. p. 390) ea descripsit, forte ex eodem speciminulo, at hic character, qualis expositus, in Parmeliis fallax est, ut jam ex ipsissimi Nylanderi observationibus (conf. ad *P. hottentottam* l. c. p. 399, et *P. colpodem* l. c. p. 404) elucet. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1352. *Parmelia rutidota* Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844 p. 645, e Tasmania, eadem est ac *P. ochroleuca* Müll. Arg. L. B. n. 409, et dein sub nomine Taylori retinenda est. In Australia vulgaris est et colore subinde magis glaucescente ludit. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1353. *Parmelia saccatiloba* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 174, ab auctore e Pitcairn's Island, Mauritius et Brazil descripta fuit. Specimina originalia secundi et tertii loci a me visa sterilia sunt at idem referunt ac *Parmelia praetervisa* Müll. Arg. L. B. n. 191, quae geographice latissime distributa est, sed specimen Pitcairnense, a Beechey lectum, apotheciis sporigeris ornatum, essentialiter speciem. Taylori referens, est *Parmelia latissima* f. *isidiosa* Müll. Arg. L. B. n. 190 et Lich. Afric. occid. n. 9. Sporae 20—27 μ longae, 10—13 μ latae, demum valde pachydermeae. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1354. *Parmelia scabrosa* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 162, ex Australiae regione occidentali ad Swan River, a Drummond lecta, apotheciis junioribus ornata, est *Parmelia conspersa* v. *hypocleistoides* Müll. Arg. L. B. n. 575, f. *isidiosa*, laciniis isidiosis. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1355. *Parmelia sparsa* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 175; Nyl. Syn. p. 429, e St. Vincent insula, est eadem ac *Parmelia minor* Fée Ess. p. 125. t. 33. f. 3 (non ejusd. Suppl.), s. *Physcia adglutinata* v. *minor* Müll. Arg. Revis.

Lich. Féean. p. 13. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl. et Féeano.

1356. *Parmelia spinosa* Hook. f. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844. p. 644, e Van Diemens Land, est *Theloschistes chrysophthalmus* v. *Sieberianus* Müll. Arg. L. B. n. 581. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1357. *Parmelia splachnirima* Hook. f. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844. p. 645, e Van Diemens Land s. Tasmania, eadem est ac *Baeomyces squamarioides* Nyl. Syn., et *Knightiella leucocarpa* Müll. Arg. L. B. n. 1010, ex Australiae monte William (ad 5000 ped. altit.). — Specimina tasmanica offerunt apothecia sessilia et distincte crasso-podicellata, stipite apothecium subaequante v. eo breviore, obconico, nudo et laevi. Reliqua cum planta e monte William bene quadrant, et dein nomine specifico primo hybrido rejecto, prioritatis causa sub *Knightiella squamarioide* Müll. Arg. servanda est, et *Knightiella* erit quasi *Baeomyces*, thallo squamarioso-foliaceo et sporis transversim divisis. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1358. *Parmelia subflava* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 174, e Van Diemens Land, fertilis, eadem est ac *Parmelia laceratula* Nyl. Syn. p. 390 (1860). Nomen prius prioritate gaudet, sed statum vetustate tantum flavicantem (ut in *P. Borreri* Turn.) refert et nomen dein Nylanderi, insuper optimum, ob thallum recentem albido-glaucum anteponendum est. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1359. *Parmelia stuppea* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 175, e California, a cl. Nyland. (Syn. p. 380) ad formam accidentalem *Parmeliae perlatae* Ach., colore mutato, relata, e thallo rigidiore, subtus versus margines reticulato-venoso, fere glabro et valde discolori-maculato v. dealbato ad *Parmeliam corrugem* Müll. Arg. L. B. n. 1074, sc. *Cetrariam corrugem* El. Fries Syst. Orb. Veget. p. 233, s. *Parmeliam hypotropam* Nyl. Syn. p. 378 pertinet. — Tota (aqua marina?) rufescenti-obfuscata, intus paullo fuscescens v. rufescens (praeter gonidiorum massulam internam fulvo-rufam); laciniae margine hinc inde involutae et pulveraceo-sorediosa; apothecia margine laevia aut pulverulenta, intus nonnihil rubentia; sporae rarae cum specie convenientes. — Planta speciatim est f. *sorediata* Müll. Arg., eadem quam antea (L. B. n. 44 in Flora 1877),

sub. *P. hypotropa* v. *sorediata* e territorio Texas descripsi. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1360. *Parmelia Tasmanica* Tayl. et Hook. f. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844. p. 644, e Van Diemens Land s. Tasmania, a Gunnio lecta, eadem est ac *Parmelia incisa* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 162, s. *Parmelia conspersa* v. *laxa* Müll. Arg. L. B. n. 575. — Ibidem cl. Gunn etiam *P. conspersam* Ach. normalem ad saxa legit. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1361. *Parmelia tenuirima* Hook. f. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844. p. 645, e Tasmania, recenter in Australia orientali et meridionali frequenter lecta, proxima *P. Borreri* Turn. et *P. saxatili* Ach., rimulis tenellis subsorediosis thalli statim recognoscenda, jam in meis L. B. n. 571 enumerata. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1362. *Parmelia tenuiscypha* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 175, ad Macquarry River in Nova Hollandia lecta, fertilis, absolute eadem est ac *Parmelia tenuirima* Hook. f. et Tayl. in Hook. Lond. Journ. of Bot. 1844. p. 645, cui simpliciter referenda est. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1363. *Parmelia Wallichiana* Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 176, e Nepalia Indiae orientalis, est species distincta, similis *P. latissimae* f. *isidiosae* Müll. Arg. L. B. n. 190, sed tenuior, magis adpressa (ut *P. tiliacea* Ach.), et sporae (pachydermeae) minores, 15—22 μ longae, 10—13 μ latae, et thallus subtus late breviter rhizinoso — vestitus; a *P. praetervisa* Müll. Arg. L. B. n. 191 recedit thallo subtus dense vestito (hinc inde glabrescente) et sporis majoribus, valde pachydermeis. Thallus supra versus peripheriam laevigato-nudus, caeterum minute isidioso-asperatus; apothecia in ipso margine et partim in dorso receptaculi isidioso-denticulata v. subfimbriata. Juxta *P. chlorocarpam* Müll. Arg. L. B. n. 182 et *P. Schweinfurthii* Müll. Arg. Diag. Lich. Soc. p. 3 locanda est. — Vidi specim. orig. in hb. Tayl.

1364. *Ramalina inflata* Hook. f. et Tayl. in Hook. Flora antarct. p. 194 (s. *R. geniculata* Nyl. Ram., non Hook. et Tayl.) var. *fissa* Müll. Arg., laciniae thallinae latere altero v. inferiore longitrorsum fisso-hiantes et mox fere usque ad apicem inflato-turgidum complanatae varieque et vulgo copiose fisso-perforatae. — Prima fronte ob lacinias planas affinitatem habere simulat cum *R. fraxinea* Ach., sed apices laciniarum

fertilium et praesentia perforationum rem veram trahunt. Sporae conveniunt. — Corticola in King's Island inter Melbourne et Tasmaniam cum forma normali speciei: C. French.

1365. *Placodium deminutum* Müll. Arg.; thallus glauco-albidus, depauperato-placodialis, hinc dispersa-areolatus, illinc rimoso-areolato-squamulosus, squamulae parvae, confertae, angulosae, imbricatae, suborbiculares, ambitu minute crenulatae, obsolete radiantes; apothecia sessilia, $^5/_8$ mm. lata, glauco-marginata, plana, margine integro (v. etiam thallino-appendiculato); discus e plano convexus, e fuscescente castaneus, haud pruinosus (demum saepe decolorato-pallidus); lamina superne latius fuscescens, caeterum hyalina; asci irregulariter 2-seriatim 8-spori; sporae 10—14 μ longae, $5^1/_2$—7 μ latae, obovoideae et ellipsoideae. — Juxta *P. saxicolum* et *P. albo-effiguratum* Müll. Arg. locandum est. — Forma thalli ut in *Pl. gracili* Müll. Arg., sed apothecia alia. — Saxicolum prope Lydenburg in Transwaalia: Wilms n. 77 (comm. Dr. Lahm).

1366. *Placodium glebulare* Müll. Arg., thallus glauco-albidus, glebularis, glebulae hemisphaericae, circ. 1—$1^1/_2$ mm. latae, ambitu nonnihil irregulares, vertice hemisphaerico-obtusae aut truncatae, sublaeves, periphericae obsolete radiantes; apothecia $^2/_3$—$^3/_4$ mm. lata, in quaque glebula solitaria, ex innato modice emergentia et margine albido nano tenui primum lacero- v. dentato-crenato discum haud superante praedita; discus modice convexus, nudus, siccus niger, madefactus fuscus; epithecium fulvo-nigricans, hypothecium hyalinum, lamina superne fulvo-fuscescens; asci biseriatim 8-spori, subcylindrici; sporae 7—10 μ longae, 6—8 μ latae, globoso-ellipsoideae v. subglobosae. — Thallus ut in *Thalloidimate vesiculari*, sed longe minor. — Juxta socotranum *Pl. bullatum* Müll. Arg. locandum est. — Ad terram sabulosam juxta lacum Albacutya Novae Hollandiae orientalis: C. French (comm. Bar. F. v. Müller).

1367. *Psora endochlora* Müll. Arg.; thallus albidus, depresso-glebosus, glebulae hemisphaericae, inciso-lobatae v. crenatae et obsolete plicatulae, tenues; apothecia nigra, $^2/_3$—1 mm. lata, adpressa, plana, nuda, margine tenuissimo leviter prominente praedita; epithecium et hypothecium olivaceo-nigra, lamina undique psittacino- v. intense aeruginoso-viridis; sporae in ascis incomplete biserialiter 8-nae, 11—14 μ longae et 6—7 μ latae, ellipsoideae v. obovoideae. — Prima fronte ad *Placodium glebulare* supra descriptum accedens, sed glebulae depressae

v. adplanatae et apothecia nigro-marginata. Ex habitu potius esset *Thalloidimatis* species, sed sporae simplices et ambitu latiusculae sunt, et planta a formis depauperatis dealbatis *Thalloid. vesicularis* jam margine apotheciorum tenuissimo statim recognoscitur. — Ad terram sabulosam secus lacum Albacutya Australiae orientalis: C. French.

1368. *Lecanora sibirica* Müll. Arg., thallus flavescenti-aeruginosus, furfuraceo-leprosus, tenuissimus, effusus; apothecia 1—1$^1/_3$ mm. lata, laxe sessilia, basi arcte constricta; margo involutus, alte prominens, crassiusculus, integer, demum subundulatus, primum cum thallo concolor et pulverulentus, dein laevis et flavescenti-albidus; discus planus, caesio-pruinosus, sub pruina fuscus; epithecium fuscescens; hypothecium hyalinum; paraphyses segregabiles; sporae in ascis oblongato-obovoideis 2-seriatim 8-nae, 15—20 μ longae, 9—12 μ latae, obtuse ovoideae v. ellipsoideae. — Apothecia fere ut in *L. caesiorubella* Ach., sed sporae majores et thallus alius, satis illum *L. stramineae* Stenh. referens. — Juxta brasiliensem *L. flavidulam* Müll. Arg. L. B. n. 328 locanda est. — Ad corticem Pini in Sibiria, loco speciali ignoto (a cl. Dr. Lahm commun. sub no. 20).

1369. *Lecanora leucoxantha* Müll. Arg., thallus albido-flavicans, tenuis, rugulosus; apothecia $^3/_4$—1 mm. lata et minora, conferta, mutua pressione subangulosa, sessilia, plana, margine flavicante primum emergente, dein extenuato et vix prominente integro cincta; discus flavicanti-pallidus et leviter lividus, nudus; lamina undique hyalina; asci 8-spori; sporae 7—12 μ longae et 5—6 μ latae, ambitu e subgloboso ad oblongato-obovoideum ludentes. — Primo intuitu fere *L. conizaeam* Nyl. refert, sed tota flavior et thallus non pulveraceus. — Corticola prope Lydenburg in Transwaalia: Wilms n. 23 pr. p. (comm. Dr. Lahm).

1370. *Lecanora carneo-flava* Müll. Arg.; similis *L. leucoxanthae* Müll. Arg., sed thallus intense flavus, laevis, obsolete pulverulentus et apothecia paullo crassius et leviter prominentius marginata, sparsa et discus carneus, haud lividus. — Sporae 9—11 μ longae, circ. 6—6$^1/_2$ μ latae, ellipsoideae et obovoideae. — Corticola prope Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms n. 25 (comm. Dr. Lahm).

1371. *Lecanora* (s. *Pseudomaronea*) *crassilabra* Müll. Arg.; thallus fuscescenti-cinereus, tenuis, gibboso-granulari-

inaequalis, subcontinuus; apothecia 1—$1^1/_3$ mm. lata et minora, adpresso-sessilia, crassa, plana, margine thallino cum thallo concolore v. pallidiore crasso et integro obtuso leviter tantum discum superante cinta; discus planus et caesio-glaucus, sub pruina fuscus; epithecium late fulvo-fuscescens, hypothecium fulvescens, lamina hyalina; asci cylindrico-obovoidei, superne incrassato-pachydermei, polyspori; sporae hyalinae et simplices, cylindrico-ellipsoideae, utrinque obtusae, 5—$8^1/_2$ μ longae, $2^1/_2$—3 μ latae. — Species insigniter distincta, apothecia ut in „*Acarospora glaucocarpa*“ Auct., sed paullo minora, et thallus omnino alius. Margo thallinus intus et stratum medullare sub lamina albissimi. Sporae haud divisae. — Sect. *Pseudomaronea* ascis polysporis analoga est sectioni *Maroneae* inter *Lecanias,* ubi sporae biloculares, latere lyratim paullo constrictae. — Corticola prope Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms n. 26 (comm. Dr. Lahm).

1372. *Rinodina microlepidea* Müll. Arg.; thallus tenuis, olivaceo-viridis, in glebulas deplanatas parvas circ. $^1/_5$—$^1/_4$ mm. latas, orbiculares et obtuse angulosas solutus, v. glebulae in thallum areolato-diffractum aggregatae; apothecia $^1/_5$ mm. lata, ex innato demum adpresso-sessilia, margine thallino latiusculo integro vix prominente cincta; discus fuscus, nudus; epithecium pallide fuscescens, reliqua lamina hyalina; asci 6—8-spori; sporae 16—19 μ longae, 8—12 μ latae, late ellipsoideae, 2-loculares, pallide fuscae. — Affinis est americanae *R. chrysomelaenae* Tuck., sed thallus non flavidus et glebulae s. areolae et apothecia et sporae multo minora sunt. — Ad saxa non calcarea prope Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms n. 76 (comm. Dr. Lahm).

1373. *Pertusaria (Verrucosae) cryptostoma* Müll. Arg., thallus obscure cinereo-pallidus v. fuscescenti-cinereus, tenuis, gibboso-inaequalis; verrucae cum thallo concolores, creberrime mutua pressione angulosae, circ. 1 mm. latae, alte hemisphaericae, late truncatae, grossiuscule gibboso-angulosae v. gibboso-verrucosae et hinc inde undulato-irregulares, circ. 5—8-carpicae, astomaticae, intus pallidae; asci 4—6—8-spori; sporae vulgo 1-seriales, circ. 60 μ longae et 35 μ latae, ellipsoideae, laeves. — Similis *P. Quassiae* Nyl., sed verrucae late truncatae, obscuriores, ostiola indistincta et sporae multo minores et ambitu latae; similior *P. endochroma* Müll. Arg., neo-caledonica, a nostra recedit ostiolis demum emersis discoloribus et colore

partium internarum. — Corticola prope Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms n. 24 (comm. Dr. Lahm).

1374. *Pertusaria (Pustulatae) xanthomelaena* Müll. Arg., thallus flavus v. flavo-albidus, tenuissimus, laevis, demum rimosus, linea nigra cinctus; verrucae circ. $^4/_5$ mm. latae, hemisphaericae, cum thallo concolores et laeves, vertice demum paullo depressae et in depressione latiuscule nigro-ostiolatae; asci 6—8-spori v. sporae abortu etiam simul pauciores, 60—70 μ longae, circ. 33 μ latae, laeves. — A satis simili *P. acromelaena* Müll. Arg., quacum hinc inde commixtim crescit, differt thallo distincte flavulo, verrucis vertice demum distincte depressulis et angustius ostiolatis, et dein a *P. pustulata* Duby differt sporis minoribus in ascis haud geminatis nec intus transversim costulatis. — Corticola in monte Tafelberg Capitis Bonae Spei: Dr. Wilms n. 104.

1375. *Buellia parasema* Körb. v. *sanguinea* Müll. Arg.; thallus intense sanguineo-ruber, tenuissimus, laevigatus; apothecia $^1/_3$—$^1/_2$ mm. lata, plana, nigra et margine tenui prominente cincta; sporae 10—15 μ longae, 2—3-plo longiores quam latae. — Juxta *B. paras.* v. *epimartam,* sc. *Lecideam disciformem* v. *epimartam* Nyl. Expos. Lich. Novae Caled. p. 48, et *B. paras.* v. *rosello-tinctam,* s. *Lecideam discif.* v. *rosello-tinctam* Nyl. Syn. Lich. Nov. Caled. p. 52 locanda est. — Corticola prope Lydenburg in Transwaalia: Dr. Wilms n. 41 (comm. Dr. Lahm).

1376. *Opegrapha capensis* Müll. Arg.; thallus albus, tenuissimus, laevis, margine effusus; lirellae copiosae, lineares, simplices et 2—3-furcatae, ad extremitates acuminatae, ex emergente subemersae, evolutae medio $\frac{12—15}{100}$ mm. latae; labia conniventia, demum leviuscule patentia, extus thallino-vestita, laevia; perithecium completum, basi crassius; asci cylindrico-obovoideae apice haud pachydermei, 8-spori; sporae 13—14 μ longae, 3—$3^1/_2$ μ latae, cylindrico-obovoideae, 4-loculares. — Planta extus cum *O. atra* Pers. s. *O. stenocarpa* Ach. primo intuitu optime convenit, sed lirellae leviter graciliores, sporae graciliores et paullo breviores et dein asci ambitu alii, et apice et superne lateraliter nullo modo incrassato-pachydermei. — Ad cortices laeves in monte Tafelberg Capitis Bonae Spei: Dr. Wilms n. 107.

1377. *Arthothelium consanguineum* Müll. Arg.; thallus lacteus, tenuissimus, continuus, effusus; apothecia nigra, deformi-oblonga v. anguloso-orbicularia, ambitu obesa, convexo-plana, margine subeffusa, demum nuda, haud marginata; epithecium

crassiuscule ex olivaceo virenti-nigrum; lamina et hypothecium hyalina; paraphyses intricatim connexae, tenellae; asci obovoidei, superne pachydermei, 8-spori; sporae 17—19 μ longae et 7—8 μ latae, ellipsoideae, hyalinae, 6-loculares, loculi et simplices et bi- v. rarius trilocellati. — Valde affine est *Arth. atro-rufo* Müll. Arg. e Transwaal, sed apothecia paullo validiora, madefacta haud rufo-fusca, convexiora, epithecium aliter coloratum, sporae paullo breviores et ambitu magis obesae, utrinque rotundato-obtusae et thallus dein continuus. — Corticola in monte Tafelberg Capitis Bonae Spei: Wilms n. 108 (comm. Dr. Lahm).

1378. *Verrucaria erodens* Müll. Arg.; thallus (verisimiliter nil nisi hypothallus) niger, rudimentarie evolutus, fragmentarius, saxi alveolato-erosi superficiem obtegens; apothecia alveolis subimmersa, $^2/_5$ mm. lata, hemisphaerica, subdepressa, subnuda, nigra, opaca, vertice demum foveolato-ostiolata et obsolete rimosula; perithecium videtur basi incompletum; paraphyses quasi diffluenti-indistinctae; asci oblongati, superne paullo angustati et pachydermei, 6—8-spori; sporae 15—18 μ longae, 7—9 μ latae, ovoideae. — Species singularis, substratum quartzosum foveolato-erodens, microcarpa et hypothallo nigro distincta. — Ad saxa (non calcarea) prope Lydenburg in Transwaalia: Wilms n. 77 (comm. Dr. Lahm).

1379. *Anthracothecium planiusculum* Müll. Arg.; *Verrucaria planiuscula* Nyl. Pyrenoc. p. 58 (et in hb. Féean.). Haec est *Anthracothecii* species. Cl. Nylander sporas juveniles tantum observavit 2-loculares hyalinas, sed bene evolutae rufo-fuscae et valde parenchymatosae sunt, in ascis linearibus 8-nae, 1-seriales, 65—80 μ longae, 23—30 μ latae, circ. 12-loculares, loculi transversim 4—5-locellati. Apothecia fere $1^1/_2$ mm. lata, apice leviter emergente nuda et nigra et deplanata; perithecium completum, latius quam altum. — Habitu accedit ad *A. opertum* (Nyl.) Müll. Arg., sed sporae duplo minores et in ascis 8-nae. — In cortice *Quassia amarae* in herb. Féeano.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1888

Band/Volume: 71

Autor(en)/Author(s): Müller Johannes

Artikel/Article: Lichenologische Beiträge von Dr. J. Müller 195-208